

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

CCXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

adhuc apud eos esse in gratia. Si potes eos ex me salutare, pergratum mihi feceris. D. Pastorem cum Collegis suis officiosè & reverenter salutatam volo. Amplector eos spiritu charitatis, nec dubito me etiam à pastore non min⁹, quàm ab Oberndorfero & Amatorio &c. eodem spiritu redamari. Utinam conjunctis operis Ecclesiæ commoda promovere possimus. Sed licet absens, parum possim, tamen precibus & aliis officiis ad eandem cum ipsis metam contendam, ut istarum provinciarum Ecclesiæ & scholæ ad gloriam DEI semper floreat.

(Manus Hombergeri.)

CCXV.


*S. Clarissime Domine Doctor, Collega & Præceptor
colende.*

IN hac festinatione & occupationibus, non licuit mihi, omnia scripta ad me missa integrè perlegere, & accurate considerare. Præraq; tamen legi, & nihil, quod desiderem, habeo. Quod autem ad D. Philippi Marbachii refutationem contra Pezelium editam superiori anno, attinet, tantopere illa mihi placet, ut ipsius solutiones meis Antagonistis, aliquoties opposuerim, iisque, ut spero, maledicum os ipsorum satis obstruxerim. Pezelii vero defensionem nondum vidi, sicut nec refutationem illius legi. Non dubito autem, pium & præstantissimum illum Christi ministrum, Doctorem Philippum Marbachium, Apologiam suam ita tutatum esse, ut quod ex fundamento respondeat, Pezelius minimè habiturus sit. Torgensem formulam me habere falsè existimavi. Nam quod mitto exemplar, est Apologia Formulæ Concordiæ. M. Daniele Argentinensem, ubi inveniendus sit, si cognoverit famulus meus, ad cœnam ipsum vocabit. Bene valeat E. V. quam divitissime & rectissime.

Val. Sch.

Inscriptio

*Reverendo & Clarissimo Domino Doctori Davidi Chytrao,
Collega & præceptori officiosè colendo.*



CCXVI.

Erwürdiger Hochgelehrter Herr Doctor. Was ein Erbar Rath zu Strassburg, meinem gnädigen Fürsten und Herrn gesaworret / nach so langer cunctation, wird zuversichtlich E. E. unverborgen seyn. Ich hab wol verstanden / aus welchem tdo
dps